Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



180

ea H ꝑ.

pulos multos. et in fines domino
rapinas eorum. et fortitudinem eorum
domino universe terre. Capitulum. v.
Nunc natabis filia latro
nis obsidionem posuerunt super nos. In uirga
percutient maxillam iudicis israel.
Et tu bethleem effrata. parvulus es
in milibus iuda. Ex te michi egredietur
qui sit dominator in israel. Et egressus
eius ab initio a diebus eternitatis. Propter
hoc dabit eos usque ad tempus. in quo
parturiens pariet. et reliquie fratrum
eius revertentur ad filios israel. et sta
bit. et pascet in fortitudine domini. in
sublimitate nominis dei sui. Et
convertetur quia nunc magnificabitur
usque ad terminos terre. et erit iste pax
assur. cum venerit in terram nostram.
et quando calcaverit in domibus nostris.
Et suscitabimus super eum septem
pastores. et octo primates hominum.
et pascent terram assur in gladio.
et terram nemroth in lanceis suis.
Et liberabit ab assur cum venerit
in terram nostram. et cum calcaverit in
monte nostro. Et erunt reliquie ia
cob in medio populorum multorum sicut ros
a domino. et quasi stille super herbam.
que non expectat virum. et non
prestolatur filios hominum. Et erit
reliquie iacob in gentibus in me
dio populorum multorum. sicut leo in iumentis
silvarum. et sicut catulus leonis in gre
gibus pecorum. Qui cum transierit. et
conculcaverit. et ceperit. non est qui eripiat.
Et exaltabitur manus tua super hos
tes tuos. et omnes inimici tui per
ibunt. Et erit in die illa dicit dominus.
auferam equos tuos de medio tui.
et disperdam quadrigas tuas. et perdam
civitates terre tue. et destruam omnes
munitiones tuas. et auferam male
ficia de manu tua. et divinationes
non erunt in te. Et perdam
sculptilia tua. et statuas tuas de
medio tui. et non adorabis ultra
opus manuum tuarum. et evellam lu
cos tuos de medio tui. et eram ci
vitates tuas. et faciam in furore
et indignatione. ultionem in om
nibus gentibus que non audierunt.
Audite que Capitulum. vi.
dominus loquitur. Surge
contende in iudicio ad uni
versos montes. et audiant colles vo
cem tuam. audiant montes iu
dicium domini. et fortia fundamen
ta terre. Quia iudicium domini est populo
suo. et cum israel disputabitur. Popu
lus meus quid feci tibi. aut quid mo
lestus fui tibi. Responde michi. Qua
educxi te de terra egypti. et de domo
servitutis liberavi te. et misi ante
faciem tuam moysen. et aaron.
et mariam. Popule meus memento
quso quid cogitavit balach rex mo
ab. et quid ei respondit balaam filius
beor de setim usque ad galgalam. ut
cognoscas iustitiam domini. Quid
dignum offam domino curvabo
genu deo excelso. Numquid offeram
ei holocaustomata et vitulos an
niculos. Numquid placari potest
dominus in milibus arietum. aut in multi
milibus hircorum pinguium. Numquid
dabo primogenitum meum. pro scelere
meo. fructum ventris mei. pro peccato
anime mee. Indicabo tibi homo
quid sit bonum. et quid dominus requirat
a te. Utique facere iudicium. et diligere
misericordiam. et sollicitum ambulare cum
deo tuo. Vox domini ad civitatem
clamat. et salus erit timentibus nomen